Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars I.
Wien, 1793 Seite 487
Quelle:
Copyright:



*fectuum verae Amicitiae. Effectuum Gratiae* et *Passionis.* Variorum *Sensuum S. Scripturae. Effectuum Sacerdotii.*

*Fol.* 11. Schema *Vitiorum* Capitalium cum singulorum effectibus carmine expressis. Ita *Luxuriae* dantur *Precipitacio*, *Amor sui*, *Odium Dei* &c. de quibus sic:

*Nil bene discernit, quem precipitacio sternit.*
*Solum cura mei sit mihi nulla Dei.*
*Non amat hic christum mundum qui diligit istum* &c.

Sequitur *Arbor Cognationis*, ut in *Joh. Andreae* Opusculo et passim habetur.

*Fol.* 14. *Bibliorum Autoritates vet. et no. test. cum contento secundum ord. alphabeti.* Jam indicatae sunt *Cod.* IV. quem, si lubet, adi. Id solum hic differunt, quod singulis forulis prolixior expositio, ac ibi, inscripta sit.

*Fol.* 26. absque inscriptione *Elenchus alphabeticus Sententiarum Biblicarum*, ad hunc modum:

*A. a. a. Domine deus nescio loqui quia puer ego sum. Jeremie 1.*
*Abiciamus opera tenebrarum et induamur arma lucis. Paulus Rom. 13.*
*Abbominacio est deo vita impij. Proverbiorum 11.* &c.

CLXXVII. VII H. 19.

697 Codex chartaceus lat. Sec. XVII. Folior. 19. 4. inscribitur *Elucidarium seu Repertorium vna cum suo Summario omnium Librorum simul et cum sua distinctione, Nominibus, materia et Capitum Numero Totius sacræ Scripturæ veteris et novi Testamenti in Biblia comprehensæ.* Compilator *Ferd. Honorius Peverelli Austr. Lincensis* Presbyter, qui a. 1663. haec ligna in silvam tulit, praemissa Epistola ad *Leopoldum* Aug. Imp. aliisque ad Lectores Admonitionibus, quibus ad sacrarum Literarum studium hortatur.

CLXXVIII. VIII F. 3.

Codex membraneus lat. Sec. 459
partim XIII. partim XIV. Folior. 190. 4. per duas columnas probe exaratus, rubricisque distinctus, et quondam *conuentus viennensis ordinis fratrum praedicatorum in austria* continet: I. *Indicem* plenissimum *Vocum* non tantum *hebraicarum* et *graecarum*, sed etiam *latinarum*, ut *Felix*, *Festus*, *Tertius* &c. quae in sacris Literis occurrunt, cum expositione saepe putida et frivola. Ita *Filyppus os manuum uel os lampadarum. Liconia suscitans uel suscitatio. Topazion bonum testamentum* &c. Ejusmodi *Indices* a primis qui-